

CERTIFICAZIONE LATINO TRENTO 2020

PROVA LIVELLO B

Testo

1. Ait Chrysippus sapientem nulla re egere, et tamen multis illi rebus opus esse: "contra stulto nulla re opus est (nulla enim re uti scit) sed omnibus eget". 2. Sapientem et manibus et oculis et multis ad cotidianum usum necessariis opus est, eget nulla re; egere enim necessitatis est, nihil necesse sapienti est. 3. Ergo quamvis se ipso contentus sit, amicis illi opus est; hos cupit habere quam plurimos, non ut beate vivat; vivet enim etiam sine amicis beate. 4. Summum bonum extrinsecus instrumenta non quaerit; domi colitur, ex se totum est; incipit fortunae esse subiectum, si quam partem sui foris quaerit. 5. Sapiens, quamdiu quidem illi licet suo arbitrio res suas ordinare, se contentus est et ducit uxorem; se contentus est et liberos tollit; se contentus est et tamen non viveret si foret sine homine victurus. 6. Ad amicitiam fert illum nulla utilitas sua, sed naturalis irritatio; nam ut aliarum nobis rerum innata dulcedo est, sic amicitiae. 7. Quomodo solitudinis odium est et adpetitio societatis, quomodo hominem homini natura conciliat, sic inest huic quoque rei stimulus qui nos amicitiarum adpetentes faciat. 8. Nihilominus, cum sit amicorum amantissimus, cum illos sibi comparet, saepe praefert, omne intra se bonum terminabit.

Esercizio 1 (1 punto)

Come si può riassumere il contenuto del brano? Seleziona una delle seguenti opzioni:

1. Il saggio può solo ritenersi soddisfatto solo se, presa moglie, avrà generato nuovi esseri umani, mentre invece gli stolti possono fare a meno di ogni persona.
2. La differenza fra il saggio e l'insipiente è che, mentre il secondo cerca soddisfazione nei rapporti umani, il primo la cerca invece nella sola investigazione dell'universo.
- 3. Mentre gli stolti sono tali per il fatto di aver bisogno di molte cose, il saggio, pur non facendo a meno di alcune cose, ha in sé ciò che gli serve per essere felice.**
4. Il saggio può solo ritenersi soddisfatto se cerca il contatto con altri esseri umani, mentre invece gli insipienti possono fare a meno di ogni cosa.

Esercizio 2 (16 punti)

Completa la seguente parafrasi del testo distribuito completandolo negli spazi bianchi con una delle parole elencate sotto.

Non (egent) iuxta Chrysippum re (ulla) sapientes, cum tamen res multae (usui) sint eis. Stultos autem dicit omnibus (egere) ac (nulli) utiles esse. Quamquam se contentus vivere (debeat) sapiens, amicos necessariosque (sibi) coniungere opus (ei) est ne, sit (licet) contentus, vitam tamen vere humanam (praetereat). Hominum ceterum societas (illi) natura sua est adpetenda nec tamen amico (ullo), quamvis (eius) utatur amore et ei (se) comparet, bonum (antefert) summum cuius terminos animus tantum suos (contineat).

egent, ulla, usui, egere, nulli, debeat, sibi, ei, licet, praetereat, illi, ullo, eius, se, antefert, contineat

Esercizio 3 (4 punti)

Seleziona la risposta corretta alle seguenti domande basandoti sulla lettura del testo.

1. Quidnam est stultis opus?
 - a) **Nihil est opus stultis quia nesciunt ulla re uti.**
 - b) Omnia sunt opus stultis quia nulla re ipsi carent.
 - c) Nihil est opus stultis praeter ea quibus sapiens eget.
 - d) Nulla re egent stulti.

2. Ubi est sapienti bonum inveniendum?
 - a) **Intra terminos animi sui, quia sibi sufficit.**
 - b) Domi, quia cum uxore liberisque ibi vivit.
 - c) Ex amicis, quia societate hominum homini est opus.
 - d) Per solitudines, quia impedit societas hominum vitam beatam.

3. Vita beata:
 - a) consequi numquam potest
 - b) modo potest consequi si extrinsecus quaeratur
 - c) prius consequenda est amicis quam sapienti
 - d) **sapienti primum est quaerenda**

4. Quid dicitur de sapientia et amicitia?
 - a) Amicitia stultis tantum persequatur, cum ea sapientibus non sit opus.
 - b) Sapiens quoque sibi amicos potest comparare dummodo pauci sint.
 - c) Natura providet ut homines sapientiam colentes nullos habeant amicos.
 - d) **Natura sapientes quoque permovet ad amicitias adipiscendas.**

Esercizio 4 (8 punti)

Leggi le seguenti affermazioni relative al testo e scegli la risposta corretta (Vero/Falso)

- 1) Sapientes multis rebus egent sed ei opus non sunt necessariii F
- 2) Stultis nulla re opus est praeter quibus cotidie utantur F
- 3) Amici naturaliter sunt sapientibus quoque adpetendi V
- 4) Sine amicitia nequeunt beate sapientes vivere F
- 5) Bonum quod summum vocetur intra sapientis animum colitur V
- 6) Praeferendi sunt amici quibus se sapiens comparet eis qui eum ament F
- 7) Vitae beatae non est contraria amicitia V
- 8) Cum uxorem ducere possit sapiens, ea tantum contentus vivat F

Esercizio 5 (8 punti)

Seleziona la risposta corretta (Vero/Falso) alle seguenti affermazioni relative alla morfosintassi del testo. Il numero fra parentesi indica la sezione del testo in cui ritrovare la parola o espressione analizzata.

- 1) *egere* (1) è una proposizione soggettiva F
- 2) *uti* (2) è una congiunzione F
- 3) *necessitatis* (2) è un genitivo di pertinenza V
- 4) *quam plurimos* (3) è un secondo termine di paragone F
- 5) *extrinsecus* (4) è un avverbio V
- 6) *victurus* (5) è un participio predicativo V
- 7) *solitudinis* (7) è un genitivo soggettivo F
- 8) *amicorum* (8) è un genitivo oggettivo V

Esercizio 6 (8 punti)

Indica il significato delle seguenti parole nel contesto di questo brano. Il numero fra parentesi indica la sezione del testo in cui ritrovare la parola analizzata.

- 1) *egere* (1)
 - a) essere indigente
 - b) aver necessità**
 - c) aver piacere
 - d) condurre
- 2) *opus* (2)
 - a) **bisogno**
 - b) sforzo
 - c) esercito
 - d) ricchezza
- 3) *bonum* (4)
 - a) bene**
 - b) bontà
 - c) ricchezza
 - d) pregio
- 4) *colitur* (4)
 - a) si abita
 - b) abita
 - c) si coltiva**
 - d) coltiva

5) *tollit* (5)

- a) **alleva**
- b) solleva
- c) toglie
- d) spinge

6) *irritatio* (6)

- a) irritazione
- b) **impulso**
- c) solitudine
- d) frustrazione

7) *solitudinis* (7)

- a) **solitudine**
- b) deserto
- c) solitario
- d) abitudine

8) *comparet* (8)

- a) paragonare
- b) **acquire**
- c) apparentare
- d) obbedire